



Universitätsbibliothek Paderborn

**Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici
Semestria duo**

Strauch, Johann

Jenae, 1675

Cap. X. Ad cap. 6. de Postul.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10224

stulationē propterea, quod ejus opera utilior futura esset Sedi Romanæ legaturæ eum in expeditionem belli sacri, quæ jam instruebatur: Imolensis Episcopi propterea, quod à minori, quām tertiā parte fuisset postulatus. Tandem verò Canonicis Ravennatensis bus inter se non convenientibus Pontifex Albertum Archiepiscopum ordinavit, ut scribit Hieronymus Rubeus lib. 6. hist. Ravenn. Emendatio. In textu, pro *Episcopo Cenolensi*, puto rescribendum, *Imolensi*. In *Capitul. 4.* cap. 4. & 5. agitur de alio Guillelmo, viam universæ carnis ingresso, nempe Strigoniensi Archiepiscopo. Hic Primas Hungariae *Strigon.* est, qui & Legatus natus, & Regem inaugurandi jus habet, ut patet ex diplomate Innocentii IV. tom. I. historiæ orientalis per *Primas Bongarsium* editæ. Hujus Sedis Archiepiscopalnis privilegia & *Hungaria.* jura præstantissima videri possunt ex *Epistola 156. libri 14. registri Innocentii.* *Strigonium* vulgò *Gran;* *Canonici Strigonienses Colocensem* Archiepiscopum in ejus locum postularunt, assidente Andréa Duce, tuteore Ladislai Regis, nepotis sui, qui pro Colocensi primitias precum suarum transmisit ad Pontificem, ut *Primaria.* habetur in antiquâ decretali, idque vel ideo quod postulationes preces, Regis vel tutoris Regii voluntatem requirunt c. cum inter universas. de elect. *Colocensis Archiepiscopatus Hungariae* vulgò *Coloz.* *Colocensis Horum capitulorum* etiam in antiquâ collectione tertiâ nomina *Archiepis.* propria valdè sunt corrupta. Pro *Vitriensi,* *Nitriensi* rescribi *Nitriensis.* debet. A sigla notat Andream Hungariae Regem. L. Ladislaus nepotem ejus. *Quainquiliensis Episcopus* est *Quinquecclesiensis* ad Dravum fluvium. Hodie Turco subjectus. Pro *Uvarm. clesiensis Vesprin.* & *Velan.* ut habet Gregoriana editio, vel, ut antiqua; *Episcopus. Watien. Wesprunen.* & *Nituen.* lege: *Vacciensis, Vespriniensis, & Vesprinien.* *Nitriensis.* Hodie *Vesprinensis* sub Turco degit. *Nitriensis Episcopus* est regni Cancellarius. *Vacciensis* restituendus etiam est, loco *Natiensis.* in cap. 2. Compilationis quintæ, & legendum: *Vacciensi & Agriensi Episcopis.* Ambo suffragani *Strigoniensis* Metropolis. *Agriensis* hodie Turcis subjicitur.

C A P. X.

Ad cap. 6. de Postul.

L 2

S U M-

1. *Calaritanus Episc.*3. *Suellis.*2. *Emendatio textus.*4. *Volatus, μετάβασις.**Calaritanus
Episc.**Emendatio
textus.**Suellis.**Volatus,
μετάβασις.*

VAriat inscriptio. Quædam exemplaria habent. Episcopo *Caritanensi*, alia *Carlitanensi*, vel *Catalanensi*. Alia, non Episcopo, sed capitulo *Cabaritano*; Sed recte Calaritano, ut in Raymundanâ. Et ita expresè membranæ optimæ in Bibliothecâ nostrâ Salanâ. Agitur enim de electione vel postulatione Archiepiscopi Calaritani, in Sardinâ, quod est *Cagliari*. Sed quod Raymundus Sutriensem Episcopum producit, id perperam factum, *Suellensem* habet Honorius, compilatione quinta. Sunt enim Sutrinus & Nepesinus Episcopatus uniti provinciæ Romanæ in Tuscianâ. Suellis autem civitas episcopalibus Sardinianis, nunc oppidulum, cuius Episcopatus unitus est Archiepiscopatu Calaritano. Rescinditur electio in hoc capitulo Episcopi Suellenfis, quod electio per canones locum non queat habere, sed postulatio. Quia Episcopus jam Ecclesiæ addictus, ab alia eligi non potest. Quam mutationem Honorius vocat, *Volatum*. Hæc vox habetur etiam *cap. nisi in fine. Infra de renunc.* Alii *μετάβασιν* vocant, alii invasionem & Episcopus in aliam Ecclesiam transiens invasor & raptor dicitur *d. can. 16. Syn. Antioch.* Volare & involare est rapere, auferre. *I. 6. ff. de inc. rui nauf. Lucan. lib. 6.*

Quod corpore magni
Projecto rapiat quod Cæsar is involet artus.

C A P. XI.

Ad rubricam, de Electione.

1. *Electio, χειροτονία.*5. *Sors, quid.*2. *differt à χειροθεσίᾳ.*3. *Electio in tres modis.*3. *χειροτονία Athenensem.*7. *Inspiratio.*4. *In Ecclesiam, à quibus intro-
ducta.*8. *Scrutinium.*9. *Electio per compromis.*

Electio

